



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Caput. XXIV. Notitia, Notorium, conf. Clarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Invent. hered. §. septimo principaliter videndum n. 25. Bald. & Aret. in d. cap. qvoni. um. extr. de probat. vide hac de re Dominic. de civitate Vifentana in suo tract. de Notariis p. 3. c. 1. versum Azo dicit. Tiraq. in tract. suo de retract. municipal. §. 8. gl. 9. n. 36.

IX.

Simplicitas Notarii non debet nocere partibus, l. fin. ibi nec simplicitas sufficientium & ibi gl. C. de fidejuss. l. si librarius 92. ff. de R. I. Conf. Argent. l. conf. u. z. num. 40. Mantio. de tac. convent. lib. 2. tit. 9. n. 2. neque etiam ejus error in sermone fidem instrumenti labefactare. l. 8. de stat. hom. d. l. 92. de R. I. l. qui habebat 54. de manumiss. test. an. d. errore 7. C. de test. vid. Costal. ad d. l. 8. ff. de stat. hom.

X.

Notarius in propria sua causa officium suum exercere non potest. Matth. Stephan. de jurisdictione c. 5. num. 24. pro uxore tamen instrumentum potest conficere. Matth. Steph. ibid. n. 27. C. I. A. de fide instrum. tb. 5.

XI.

Notarius semel electus amplius mutari non potest. Bald. in l. 2. num. 10. versum nunquid. C. qvomodo & quando judex. Pacian. 1. conf. 25. num. 18.

Declara verum esse, quando res non sit amplius integra, quia semel fuit approbatus, secus si res adhuc integra, tunc enim Notarius pro libitu voluntatis removeri potest. Dec. in c. qvoni. am. contra num. 43. versum & Notarius semel electus. extr. de prob. ibid. Felin. notab. 2. per text. in c. 2. de procur. in 6.

CAP. XXII.
Notificatio.

Axioma I.

Notificatio facta ab eo, qui nullum jus habet, ad nihilum eum adstringit, cui notificatio facta fuit. l. si major. 13. C. de rescind. vend. l. si fundum 17. C. de rei vindic. Ludov. Rom. conf. 204. n. 11. vid. sup. lib. 4. c. Denunciatio. 15.

II.

Notificatio fieri debet soluturis collectas, antequam dies solutionis advenit, neque Exactores cum ipsa Notificatione mittendi. Brunnem. in l. 2. C. de Indict.

CAPUT XXIII.
Notio.

Axioma I.

Notionis vox generalior quam cognitionis. l. 99. de V. S. differunt enim inter se, quantum genus à specie. Si quidem notio est quælibet causa cognitio, sive ea jure Magistratus expediatur, sive absque jurisdictione, h. e. Magistratus jure. Latr. Prator 5. & ibi Duar. ff. de re judic. Cognitio autem ea saltem est causarum notio, quæ jure Magistratus & vi jurisdictionis exercetur; omnes itaque ii, qui cognitionem habent, habent etiam notionem; at non con-

tra d. Latr. Prator. l. à Divo Pio 15. ff. de re judic. l. solent 6. ff. de offic. proconsul. cognitionum 5. ff. de var. & extr. not. l. cognitio 4. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. Brecheus ad d. l. 99. de V. S. num. 6.

II.

Notionis species est jurisdictio. l. 99. de V. S. l. 1. §. initio 4. ff. de offic. prefet. Urb. l. ex omnibus 10. ff. de offic. prefet. l. 5. ff. de re judic. Est enim notio nihil aliud, quam potestas quædam cognoscendi examinandi quæ factum. l. 3. §. Cause cognitio 4. ff. de Carbon. edict. l. cum hi 8. §. vult igitur oratio 8. ff. de transact. l. 4. ff. de offic. ejus, cui mand. jurisd. ut ita quid juris sit statuatur. d. l. 4. & d. l. 8. §. 8. ff. de transact. Intellige verum, quatenus ea tanquam facultas materialis inest jurisdictioni, ut genus speciei, secus si oppositive eam consideres. Coedd. ad d. l. 99. de V. S. n. 6. vid. Dn. D. Biccium in reb. qvotidian. sect. 3. n. 39. C. I. A. lib. 2. tit. 1. th. 5. & seqq.

CAPUT. XXIV.

Notitia, Notorium,
conf. Clarum.

Axioma I.

Judex loci melius censetur nosse conditionem personarum, quam remotiores, cap. 23. extr. de sent. excomm. unde & notitia facti loci vicini, ex vicinitate præsumitur, cap. qvotidam. 7. extr. de præbend.

II.

Hæc quatuor: (1.) publicum, (2.) manifestum, (3.) evidens, (4.) Notorium, eis tantum Phœv. idem possunt, c. 3. de consang. & affinit. cap. l. qui matrim. accusar. possit. 4. de divor. Cujac. in recitat. ad cap. vestra 7. extr. de cobabit. Cleric.

III.

Notorium est, quod se ipsum ostendit, nec est necesse, ut ab altero ostendatur. l. 1. ff. de resit. in integr. Angel. in singular. verb. Notorium. num. 7. Dicitur enim Notorium quod ad eum omnibus liquet, ita ut negari non possit. Innocent. in c. sicut in gloss. magna versum notorium de cobabit. Cleric. Unde etiam notorium esse illud, si fiat coram decem viris, qui populum constituere possunt, perhibent Dd. in l. ea quidem. C. de accusat. ita notorium de quolibet actu esse posse, ut de officio text. est in l. 1. ubi gloss. Capi & advers. qvot. sicut notorium est, Barbarium gessisse Praturam. l. Barbarius 3. ff. de offic. Prator. de maleficio. d. cap. sicut. d. l. ea quidem. de contractu. l. 1. C. de his qui in Eccles. manumitt. Angel. d. loc. num. 13. ubi illud duplex esse ait, veritatis nimirum & præsumptionis per l. at qui natura 19. §. cum me 3. absente. ubi gloss. ff. de negot. gest. quapropter possessionem notoriam facere, dominium notorium præsumptivè ex l. penult. ff. de condit. n. sit. 4. Titia cum 48. ff. de solut. concludit. idem Angel. d. loc.

IV.

Notorium etiam illud dicitur, de quo fama publica est. gloss. in lat. qui natura §. cum me absente verb. communiter. ff. de negot. gest.

Intel-

Intellige verum non de qualibet fama, sed de indubitata & inveterata, cap. tua 8. extr. de cohab. Cleric. cum causa. extr. de juram. calum. Innoc. & Bald. in c. cum dilectus. extr. de purgat. Canonica.

V.

Notorium ubi apparet, ibi non opus est disputare, sed intelligitur satis disputatum esse Bald. in l. C. quomod. & quando iudex. Volckman. lib. 3. de art. Notar. c. 10. in re ergo manifeste apparet, quare distinctionem, infirmi esset intellectus, juxta Aristotelem 8. Phys. cap. 3. Surd. de alim. tit. 1. quest. 28. num. 9. & 9. 4. n. 12. & 9. 45. n. 58. quia ratio naturalis vim & robur legis obtinet, cum ratio 7. ff. de bon. damnat. l. scire oportet 13. §. sufficit 6. de excus. tit.

VI.

Evidens & notorium dici non potest, quod dubitationem recipere potest. Franc. in cap. dilectio num. 153. ad fin. vers. & intellige num. 168. in fine. extr. de appellat. Dec. in cap. ex parte vers. quinto fallit. de offic. delegat. Cephal. cons. 201. num. 10. col. 1. Farin. l. cons. crim. 85. num. 140. multo minus id quod plane in rerum natura non est. Cravett. cons. 221. num. 12. & seq. allegatus à Forster. l. Consil. Marp. §. n. 14.

VII.

Notoria non indigent accusatore. cap. quæ Lotharius 16. 2. q. 1. c. porro 3. extr. de divor. cap. 9. extr. de accusat. nec probatione, sed ab onere probandi relevant, c. super eo 3. de testib. cogend. & ibid. gloss. in verb. non requirunt. c. manifesta 15. 2. quest. 1. c. tua nos 8. extr. de cohab. Cleric. cap. 1. §. sane. de censib. in 6. l. 11. §. 12. ubi Cujac. de contr. empr. Guid. Papæ dec. 221. num. 3. Capell. Tholos. quest. 441. num. 2. Schenkbar. in virid. suar. concl. lib. 1. concl. 55. Myns. 6. obs. 3. num. 4. & infiniti alii relati à Mascard. de probat. concl. 1107. & 1108. vol. 2. quæ enim evidentia sunt non probantur. cap. evidentia 9. extr. de accusat. Unde quando notorietas constat ex actis, licet non opus esse dicant, ut allegetur vel proponatur. Felin. in cap. cum ordinem de rescript. num. 11. Curt. jun. in l. si unus §. pactus. num. 106. ff. de pact. iudex se potest summam informare, modo ex actis de ea constet, Johan. Gutierrez. de contract. jur. cap. 70. num. 70. Farin. l. consil. crim. 85. num. 116. cum notorium omne id dicatur, quod iudici vel per instrumenta & testes, Anton. de Butr. in tract. de notor. art. 1. num. 11. vel per confessionem alicujus apparet, gloss. in cap. vestram extr. de cohab. Cleric. c. cum olim. extr. de V. S. Bart. in l. scriptus de religio. Afflict. dec. Neapolit. 176. in princ. Mascard. de probat. concl. 1106. num. 1. vol. 1. Vult. 1. conf. Marp. 20. 30. Hinc tale notorium non allegatum ut iudex attendat, voluntatis tantum non necessitatis esse, dixit Mascard. 2. de probat. concl. 1108. num. 3. cum seq. interdum tamen evenit, quod notorietas ista non modo allegari oporteat. gl. in Clem. appellanti de appellat. Bald. ad l. 1. col. 2. C. quom. & quando iudex. Jas. ad l. si vero §. qui pro rei qualitate. num. 11. 12. ff. qui satisdant. cogantur. Bard. ad l. 27. §. pactus. ff. de pact. Alex. in l. cum qui ita. §. qui ita. ibi-

demq. Bart. ff. de V. O. Nic. Malis in suo reperi. verb. Notorium non excusat. sed etiam probanda sit, gl. in l. ejus. C. de appell. Paris. consil. 13. n. 22. vol. 1. Curt. jun. de feud. p. 1. q. 1. n. 13. Bald. in l. si filius famul. §. veterani. col. 2. ff. de procur. Cyn. ad l. 2. C. quæ probat. consuet. Roland. à Valle consil. 13. num. 30. vol. 2. Joseph. Mascard. p. 1. de se longa conclus. 42. maxime si à litigantibus in controversiam & dubium vocetur. Innocent. ad cap. tua nos. extr. de cohab. Cleric. Mascard. dict. conclus. 108. quia notorium qui dici non sufficit, nisi etiam tale doceatur, & super ea sententia iudicis declaratoria intercedat. Panorm. in cap. per 20. not. tab. 1. extr. de divor. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 5. num. 341. per c. cum dilectis 15. vers. his sentur. extr. de purg. Canon. Antron. Gabr. 3. commun. opin. concl. tit. de fidejuss. concl. 1. num. 4. Gædd. 1. Consil. Marpurg. 24. num. 228. cum facile fieri possit, ut rei veritas plerisque perspecta sit, atque ita pro evidenti & notorio habeatur, & tamen interim sint, qui illam nesciant vel in dubium vocent. Vmm. in process. judic. dist. 15. th. 3. num. 14.

VIII.

Notorium tollit ignorantiam præsumptionem. Gail. lib. 2. de P. P. cap. 10. num. 10. Cum ignorare, quod publicè manifestum est, crassa, lupina & affectata ignorantia dicatur, quæ digna ut scientiæ comparetur cap. 1. de posul. Pralat. c. cum in tua 6. q. 1. matrim. accus. poss. c. cum inhibito 3. §. 1. de clandestin. de posul. l. nec lupina 6. l. regula 9. §. sed facti 2. ff. de jur. & fact. ignor. gloss. singul. in clement. Pastoralis. de sent. & re judic. gl. in l. 1. de receptat. Bart. in l. si cui. §. iisdem. num. 2. ff. de accusat. Bald. in l. quicumque. num. 2. ff. de servo. fugitiv. Hyppolit. in l. si ignorans. n. 18. ff. locat. Unde & plenam probationem inducit, dicitur quæ plena probatio. Intellige sc. in his, quæ ita subjiciuntur oculis, ut nulla exceptio etiam ob stare possit. Bald. in l. 1. num. 3. C. de revoc. his quæ in fraud. credit. Gail. 2. de P. P. c. 3. num. 23.

IX.

In notoriis ordo juris non requiritur, nec observari debet. Clem. Pastoralis 2. de sent. & re judic. c. ad nostram 21. de iurejur. c. pervenerit 4. extr. de testib. cog. c. consuluit 14. de appellat. c. manifesta 15. 2. quest. 1. c. ad audientiam 34. extr. de appellat. c. quæ Lotharius 16. 2. q. 1. Dec. consil. 544. num. 6. Gail. 1. obs. 77. num. 8. & 2. de P. P. c. 3. num. 22. Bover. singul. 52. num. 9. Farin. l. consil. crim. 85. num. 115. Joseph. Ludov. dec. Perus. 67. num. 29. ita in crimine notorio omnis solennitas juris remissa intelligitur, præsertim si tale sit notorium, quod negari non possit. c. quanto 3. de translat. Episcop. c. evidentia 9. extr. de accus. Gail. lib. 1. obs. 38. nu. 4. Unde & in notoriis, nec articulis nec litis contestatione opus esse perhibetur, sed de plano implorato iudicis officio procedi potest, juxta vulgatum, hodie constat, hodie judicatur. c. 2. ut lite pendente. in 6. Bald. in l. 3. C. de appellat. & ibid. Salicet. num. 8. nec in iis causæ cognitione ordinaria opus est, sed ab executione initium fieri debet. Vult. 3. Consil. Marp. 21. num. 337.

num. 337. & non servare ordinem juris in his est
servare ordinem, text. notab. in d. c. Lotharius
2. q. 1. Hyppol. Marfil. in pr. act. crimin. §. secunda
num. 10. Anchar. conf. 197. n. 4. Natt. conf. 540. n. 7.
vol. 3. Gail. lib. 1. obs. pr. act. 39. n. 3.

X.

In Notoriis non requiritur citatio. c. 21. de
jurejur. l. 7. c. de accusat. l. 5. §. 1. qui satisfac.
cog. l. 1. §. 12. ff. de Act. empt. cap. 8. de cobab. Clerice.
cum olim 12. in fin. ibi absenti cum de surreptione
liquido non confiter. extr. de re judic. Clem. Pasto-
ralis. de sent. & re judic. Mynf. 6. observ. 6. Me-
noch. 1. arbit. judic. cas. 17. num. 15. Treutl. disp.
4. th. §. lit. a. vol. 1. vid. tamen Gail. 1. obs. 77. num.
9. & cum eo Wesenb. in parat. ff. de injus vo-
cand. num. 14. Mynf. 7. obs. 91. in princ. qui hac in
parte dissentire videntur. Quid si autem di-
stingvatur inter notorium juris & facti, hoc est,
quod ex fama & rumore, & quod ex actis pro-
venit, vel quod idem est, inter tale, ubi de rei
qualitatibus omnibus constat, ita ut absens ni-
hil adferre possit, quæ causæ patrocinium fe-
runt, & inter illud quod in dubium venire pos-
sit, adversus quod defensio adhuc competere
possit, ad utramque opinionem componendam
à vero non longè abiverit. Vmm. in process. jud.
disp. 5. th. g. n. 44. add. & Socin. de citat. artic.
7. num. 7.

XI.

Notoriis in excessibus appellatio non ad-
mittitur. c. cum sit 5. c. cum pervenit 13. & seqq. c.
quia nos 32. cap. cum in speciali 61. §. porro. de ap-
pellat. Ratio, quia appellationis remedium non
est ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium
innocentiæ institutum. c. pervenit 13. c. consuluit
14. eodem tit. c. Romana 3. §. si autem post sententi-
am eod. tit. in 6. gloss. ibid. in verbo notorio. Roman.
consil. 324. n. 2. incip. in proposita consultatione. Gail.
2. de P. P. c. 3. num. 21. Unde & in delictis notoriis
condemnatum appellare non posse docet l. 2.
C. quor. appell. non recip. quem text. Oldrad. Bald.
& Bart. ibidem generaliter ad omnia crimina
extenderunt, imò indistinctè sive causa sit civilis
sive criminalis eam non admitti cum gloss. in
cap. manifesta 2. q. 1. tenet Mynfing. cons. 59. n.
65. vid. Imol. in l. fin. §. jussus. ff. de appellat. num. 8.
Butt. in tract. de Notor. art. 4. n. 56. Clar. lib. 5. sen-
tent. §. fin. q. 94. n. 1. Roland. à Valle conf. 73. num.
2. & num. 26. vol. 3.

XII.

In Notoriis necessitas excussionis nihil o-
peratur. Corn. consil. 151. num. 5. vol. 4. cons. 46. num.
13. vol. 2. Wesenb. conf. 14. num. 19. Gomez tom. 2.
variar. resolut. c. 13. num. 14. Coler. part. 1. c. 10. de
process. executiv. num. 340. Valent. Franc. de fide-
jus. c. 5. num. 315. Goedd. 1. Conf. Marp. 24. num. 205.
quia inanis est excussio, quam excludit debito-
ris inopia. l. nam is 6. ff. de dol. gloss. in l. decem.
verb. excussum. de V. O. & ibi Bart. num. 2. Hier.
Grat. consil. 37. vol. 1. & conf. 63. vol. 2. Cyn. in
Auth. presente. num. 2. G. de fidejuss. Hyppolit.
ad rubr. ff. de fidejuss. n. 10. Afflict. decis. 318. num. 3.
Bald. in l. n. 3. C. de revoc. bis quæ per fraud. cred.

Gail. l. 2. observ. 27. n. 14. unde etiam cessat exce-
ptio cessionis, si reus notorie sit solvendo, arg.
l. 6. de dolo. Coll. Arg. de fidejuss. thes. 17. n. 3.

XIII.

Notorium vim habet sententia, & rei judi-
cata exceptionem continet. l. ex emptio n. §. 12.
ff. de act. empt. & ibi Alciat. Bart. in l. i. titus. ff. de
his qui not. infam. Bald. in d. l. 1. col. 3. Cne fil. pro
patre. Alex. in l. absentem de pen. Joh. Andr. in
cap. Romana. de sentent. excomm. in 6. Natt. conf.
573. n. 22. Cephal. consil. 770. n. 27. in causa divortii,
privationis dotis & donationis propter nuptias.
Frideric. Senens. consil. 236. num. 2. per cap. signi-
ficasti 4. extr. de divor. c. pen. extr. de adulter. c.
vestra 7. c. ult. extr. de cobab. Cleric. quia notorium
dicitur illud, quod omnibus ejus loci ubi conti-
git hominibus vel saltem majori parti constat,
neculla ratione tegitur. Mynf. 2. observ. 4. num. 7.
Gail. 2. obs. 27. num. 18. Boccr. de Investit. feud. c. 3.
n. 39. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 105. n. 4. Ju-
dex ergo non admittit judicium super noto-
riis agitari. cap. quoniam 10. de filiis presbyt. Joh.
Andr. & Dd. in cap. 1. de litis contest. in 6. Alex. in
l. nam & postea in pr. ff. de jurejur. & in l. eam qui
§. qui ita de V. O. sed illius exceptionem non
minus ac rei judicæ ante litis contestationem
omnimodo audire debet. Panorm. in cap. excep-
tionem de except.

Declara, hoc procedere tantum in notorio
juris dispositionis, ut quando notorium est, ju-
re certo quid dispositum esse, v. g. Ex juris dispo-
sitione est notorium, quod pupilli ipso jure ha-
beant tutores agnatos suos. pr. Institut. de legi.
agnat. tutel. hoc igitur juris dispositionis notoriū
æquiparabitur, etiam quoad juris effectum ipsi
Judicis sive Magistratus decreto, quo tutor pu-
pillo constituitur non habenti testamentarium
vel legitimum tutorem, quippe cum agnatus
ipsa lege adeo efficaciter pupilli detur tutor, ut
judicis, i. e. magistratus factum insuper ad hanc
tutoris constitutionem non desideretur. l. legi-
timos 5. in pr. ff. de legitim. tutor. fecus vero quo-
ad facti liquidationem, Bald. in l. is cui bonis 6.
ff. de testam. Jas. in l. is cui bonis ff. de V. O. An-
ton. Gomez 1. comm. cap. 14. num. 31. vel ut alii
declarent & admittunt quoad declarandum,
non quoad interdicendum, l. si sciens 26. ff. de
contr. empt. Sevetz 1. de jurament. §. num. 21. atque
ita non quoad omnes effectus. Valent. Forster.
de pact. cap. 5. num. 59. vid. & Joh. Goedd. 3. conf.
Marp. 28. num. 191. ubi & in notorio præsumpto
hoc axioma per Dd. ibid. allegatos non proce-
dere concludit.

XIV.

Notoria multa dicuntur quæ non sunt, cap.
consuluit 14. de appellat. ideoque hoc respectu
post Bald. & Salicet. & in notorio causæ cogni-
tionem requirunt Wesenb. 1. conf. 1. num. 95.
& Hegenit. lib. 1. de poss. c. 3. num. 3. quæ de
causa scriptum est in cap. 33. extr. de jurejur. and.
aliud esse notorium aliud esse quasi notorium,
de quo vid. Cujac. in recit. ad c. vestra 7. extr. de
cobab.

cobab. Cleric. Nec enim omne notorium est, quod pro notorio jactatur. *cap. consiluit 14. extr. de appellat. nec quicquam adeo notorium est, quin præsumentur aliqua adversus illud competere defensio seu excusatio.* Nevizan. *consil. 37. num. 29.* Curt. *consil. 21. col. u. add. & Just. Sinolt. cognomento Schütz de stat. Reipubl. Roman. disput. 4. in marg. 17. lit. D. p. 195. vid. disput. meas ad Wesenb. 5. q. v. s. 1.*

XV.

Notorium factum cum inculpatur, luce clarius constare dicitur. *c. sciscitaris 7. 47. q. 1. siquidem nihil potest esse clarius aut illustrius ipsa evidētia & perspicuitate, Cicero Acad. quest.* Unde cum notorium aliud sit facti, aliud juris, aliud præsumptionis. *gloss. in c. vestra 7. verb. notorium. extr. de cobab. Cleric.* notorium autem facti sit, quod ita se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari; juris autem notorium sit, de quo aliquis condemnatur vel jure confessus est, præsumptionis vero ut paternitas, filiatio. *d. gloss. in c. vestra 7. i. deoqve notorium ex fama indiget purgatione & indicialibus debet. c. tua nos 8. extr. de cobab. cum aliis in notoriis purgatio non indicenda, sed condemnationis sententia ferenda sit. cap. penult. extr. de purgat. Canonica.*

CAP. XXV.

Novatio. *vid. supra Innovatio.*

Axioma I.

Novatio non est præsumentenda, ubi non apparet. *l. fin. C. de novat. Wesenb. 2. consil. 73. num. 4. Alex. in consil. 72. num. 8. vol. 6. in dubio enim non videtur à prima obligatione recessum, Port. Imol. consil. 5. num. 52. nec præsumentur quis velle renunciare juri quæsito ex priori obligatione. Socin. consil. 21. num. 3. vol. 1. maxime quando non sunt urgentes, & verisimiles conjecturæ in contrarium. Celf. Vgo consil. 172. num. 14. Bertazol. 1. consil. decis. consil. 63. num. 2. cum de jure novo & communi Dd. sententia generaliter nec ipso jure, nec ope exceptionis fiat novatio, nisi expresse id agatur. *l. fin. C. de Novat. §. præterea. Institut. quibus mod. toll. obligat. Dec. consil. 400. num. 1. ubi tamen hoc num. 9. vers. his stantibus. limitat, dum ait; quod in incompatilibus contractibus, quales sunt societas, mutuum etiam hodie censeatur, facta novatio etiam si id expresse non agatur, cui ad stipulatur & Bald. in l. fin. C. de Novat. §. consil. 308. vol. 1. Gabr. Roman. l. 3. concl. tit. de Novat. concl. num. 60. vers. quarto limita. Cagnol. in repet. l. singularia 103. num. 130. vers. tu dicas. ubi hanc limitationem communi Dd. sententia comprobata testatur. Unde & in translatione debiti ex causa mutui facta in causam depositi fieri novationem, etiam si id expresse non agatur, dixit Bald. consil. 128. vol. 2. allegatus à Gabr. Rom. d. concl. 1. n. 63. vid. Regner. Sixtin. 1. Consil. Marpurg. num. 63. & 65. Si contra-**

tus sint incompatibiles, Novatio inducitur, quando de eà nihil est expressum in Instrumento, aliàs non. *V. Valeron. de Transact. tit. 5. q. 4. n. 10. seqq.*

II.

Novatio species est solutionis. *l. si rem. 31. §. fin. ff. de novat. Jaf. in l. cum qui §. qui sibi. n. 14. per §. præterea. Institut. quibus mod. toll. obligat. Wesenb. 2. consil. 72. num. 18. Sebal. Medic. de Novat. part. 1. q. v. s. 6. n. 16.*

CAPUT. XXVI.
Noverca.

Noverca præsumentur male affecta in privignos. *l. non est enim 4. ff. de inoffic. testam. l. 1. C. quibus in caus. cess. long. temp. prescript. gloss. in elem. 2. de re judic. Joh. de Garron in repet. rubr. C. de secund. nupt. n. 98. citatus à Castrenf. consil. 185. vol. 1. Tiraqvel. de LL. Connubial. p. 91. n. 1. num. 196. Decian. consil. 49. n. 2. vol. 2. Unde etiam Novercam quasi nocentem arcum dictam, putavit Accurs. in §. socium. Institut. de nupt. Eamque ob causam privignum non cogi stare aut habitare cum noverca, propter mutuum inter eos odium præsumptum, tradunt Aretin. in l. si discipul. ff. ubi pupill. educ. deb. Bald. in Auth. hoc locum. C. si mulier. secundo loc. nupt. §. in l. si ea. C. de condic. insertis. nec noverca potest esse tutrix privigni. Bald. in l. 2. C. de N. G. Hinc jura præsument, quod quicquid pater facit contra filios habentes novercas, id fecisse præsumentur novercalibus persuasionibus, ita docent Bald. Angel. Castr. & alii in l. hoc colore. ff. de inoffic. test. Bertrand. consil. 22. num. 4. vol. 3. conf. Maxium ad jus Lubecense part. 2. tit. 2. artic. 2. n. 21. & seqq. & facit quod renunciaciones factæ per filias habentes novercas de bonis & hereditate paterna factæ præsumentur, propter insidias novercales, ideoque infirmari & annullari facilius dicebat Curt. & post eum Cagnol. in d. l. hoc colore. num. 9. Inter novercam enim & privignum esse intestinum odium haut est incredibile. *gloss. in Clement. Pastoralis. verb. noverca. de sentent. & re judic. ubi habetur quod noverca gaudeat scire in afflictos privignos, idem testatur Angel. in l. non est de inoffic. testam. ubi ait, quod noverca propter falsas suggestiones inducant maritos ad injuriā faciendam sanguini proprio: facit quod tradit Borgnin. de usufruct. mulier. reliet. 38. vers. & est ratio. p. 303. ubi notat, quod Noverca præsumentur inimica privignorum, & quicquid pater adversus filios facit, præsumentur persuasione Novercæ fecisse, quod etiam non latuisse Poetas, pater ex Bucolicis Virgilii:**

Est mihi namque domi pater, est injusta noverca,

& alibi:

Pocula si quando seve infecere Novercæ.

Qvo pertinet & illud Ovidii:

Sæviet in partus dira Noverca meos.

Et in Metamorphos.

Lucida terribiles miscent aconita Novercæ!

Ex quo etiam fluit illud, quod liberi apud Novercam educari non debeant. *l. 1. C. ubi pupill. educar.*